



DOCUMENTOS INÉDITOS

1194.

CONFIRMACIÓN POR DON SANCHO EL FUERTE DE LOS FUEROS CONCEDIDOS
A LOS HABITANTES DE LARRAGA POR EL REY DON SANCHO EL SABIO SU
PADRE.

(Archivo general de Navarra.—Cart. 3, p. 202.)

De foro dato hominibus illis de Larraga et de pecta quam ipsi | annua-
tim debent persolvere Regi. |

(Chriskmón) In nomine sumi et eterni Dei. Ne gestarum rerum memoria
processu | temporis euanescat et pereat, discretórum uirorum prudentia
solet eas eter | nare per litteras quod presens etiam pagina contestatur.
Inde est quod ego | Sancius per Dei gratiam rex Nauarre facio istam car-
tam donationis et con | firmationis de foro quod dono omnibus illis de La-
rraga. Notum sit | itaque omnibus hominibus tam presentibus quam futuris
quod placuit mihi | et ideo libenti animo et spontanea uoluntate dono et
concedo omnibus illis de | Larraga pro foro quod omnes insimul pectent
unoquoque anno pro pecta, mille mora | betinos bonos et de peso quales
cucurrerint in mea terra, uel pectent in de | nariis ualens mille aureorum et
donent illos mille morabetinos, uel ualens illorum | in denariis, ad festum
sancti Michaelis annuatim, sed unusquisque illorum pectet | in prescripta
pecta secundum posse quod habuerit in mobili et in hereditate et quod
non | pectent ad seniolem neque ad ullum alium hominem, ullam nouenam
neque carnale | neque cenam. neque ullam aliam causam nisi suprascrip-
tam pectam et homicidia et | alias colonias quando euenerint. Concedo eis
etiam quod non habeant alium seniolem | neque prestamerum, nisi potes-
tatem que uillam tenuerit per meam manum et quod ego neque | aiiquis
successor meus, non habeamus ibi aliquem clauigerum neque aliquis
alius | Per forum, et ipsi non habeant similiter alium merinum, neque sub-

merinum, neque saionem | nisi meum merinum. Et quod ipsi neque eorum homines sine bestie, non uadantin | aliquam meam fazenderam neque in fazenderam ullius hominis, se in exercitum | uadant de unaquaque casa unus homo et in appeliitum uadant omnes qui ad ar | ma ferenda suffecerint. Concedo eis preterea quod aliquis senior nec merinus | neque aliquis alius, non inferat eis uiolenciam in aliquibus suis rebus sed omnia | in pace et quiete et sine exactione aliqua habeant et possideant dando tamen annua | tim prescriptam pectam. Et quicumque illorum equum, et scutum et capellum ferreum ha | buerit, non recipiat nisi. uoluerit aliquem hospitem in domo sua. In omnibus | uero aliis concedo et confirmo quod habeant illos foros, quos soliti erant habere usque | in illum diem quo presens carta fuit facta. Istud forum suprascriptum dono et conce | do omnibus illis de Larraga quod habeant illud ipsi et eorum posteritas salua mea | fidelitate et mee posteritatis per secula cuncta. Ad maiorem autem confirmationem | huius carte, eam modo signo quod subsequitur, mea propria manufacto, corroboro | et confirmo. Sig[†]num Sancii Regis Nauarre laudantis | et confirmantis istam cartam. Facta carta in Tudela, mense | Marcii Era M. CC. XXX. I. Regnante me Sancio Rege | in Nauarra et in Alaua. Hoc est sig[†]num Regis San | cii filii regis Sancii quod ipse fecit in uno anno quo reg | nauit ad confirmationem istius carte. P. existente episcopo | in Pamplona. Ferrando Roderici tenente Stellam per meam | manum; Almorauit tenente Ayuar; Michael de Lerat | Sangossam; Martino de Subiça Cassedam; Martino de | Rada, Caparrosum; Garcia de Baztan, Dei Castellum; Fortunio de Baztan | Tafallam; Petro Martini de Lehet, Artassonam; Eneco de Oriz, Ergam; Gar | cia de Oriz, Amayur; Petro Latrone, Aitçluceam; Petro Remiri, Victoriam; | Garcia Petri de Morieta, Portellam; Martino Eneconis, Gardiam; Furtado | de Alaua, Çahitegui; Ferrando Archidiacono existente cancellario. Dominicus Sancii | scripsit istam cartam.

MARZO 1196.—OLITE.

CARTA DE HOMENAJE OTORGADA POR ARNALDO RAIMUNDO, VIZCONDE DE TARTAS, A FAVOR DE SANCHO EL FUERTE, REY DE NAVARRA.

Caj. 1 N. 64.—(Cartulario III p. 22. —P. Moret: *Anales* t. 3p. 12-3traducción.—Yanguas-art. *Tartast*. 3p. 368 de su *Diccionario*, análisis.)—A. Brutails: *Documents des archives de la Chambre des Comptes de Navarre*, p. 1.

De dominio Sancii, regis Nauarre, super [Arnaldum] Raymundi, vicecomite[m] de Tartayss. |

In nomine Domini nostri Jhesu Christi. Hec est carta facta in memoriam conventionum quas Arnaldus [Raymundi, vicecomes de Tartais; fa-

cit Sancio, illustri regi Nauarre. Notum sit itaque | uniuersis hominibus
tam presentibus quam futuris quod Arnaldus Raymundi, viceco | mes de
Tartais, recipit Sancium, regem Nauarre, in dominum super omnes homi-
nes et sit va | sallus ipsius, et facit eidem regi hominum quod semper ad
voluntatem et mandatum ipsius fa | ciat guerram vel faciat pacem cum om-
nibus hominibus, quandocumque ipse mandauerit. De re | ge autem Ang-
glie istud nominatim conuenit Sancio, regit Nauarre, Arnaldus Ray | mudi,
vececomes de Tartais, quod si forte rex Anglie vellet ei emendare in-
ju | rias quas rex Anglie intulit illi, et componeret cum eodem rege Anglie
propter emenda | tiones illarum injuriam vel propter alia, semper tamen
pro uelle ac mandato Sancii, regis | Nauarre, faciat guerram contra regem
Anglie, quandocumque idem rex Nauarre man | dauerit, uel faciat pacem
cum regem Anglie. De Gastone, Bearnensi vicecomite, no | minatim istam
facit conuenientiam Sancio, regi Nauarre, Arnaldus Raimundi, vice | com-
mes de Tartais, quod quandocumque Sancius, rex Nauarre, mandauerit
eidem viceco | miti de Tartais quod reddat Gastoni de Bearn benefactu-
ram quam tenet et tenuerit | de illo, sive terra[m], sive aliud, reddat eam
Gastoni, et, ad mandatum ejusdem regis, | faciat guerram Gastoni uel fa-
ciat pacem cum eo, quandocumque mandauerit idem rex Na | uarre. De
benefactura ponit se in miseratione et causimento Sancii, regis Na | uarre,
Arnaldus Aaymundi, uicecomes Tartaxensis, quod idem rex Nauarre, si-
cut | eidem regi placuerit, faciat erga illum. Sancius autem, rex Nauarre,
recipit Ar | naldum Raymundi, uicecomitem Tartaxensem, in uasallum
suum, quod ualeat ei et ad | iuuat illum contra omnes homines. Et Arnal-
dus Raymundi, uicecomes Tartaxen | sis, concedit et affirmat quod si non
tenuerit et attenderit supradictas conuenientas | prenominato regi Sancio
Nauarre, sit traditor inde uicecomes Tartaxensis, | Arnaldus Raymundi.
Facta carta M^a CC^a XXXIII^a, mense | martii, quando Gasto Bearnensis
uenit ad curiam supranominati regis Nauarre | apud Olit, pro causa quam
habebat contra Raymundum Guillelmi, vicecomitem | de Sola, et idem rex
Nauarre et rex Castelle et rex Aragonie habuerunt colloquium | inter
Agredam et Tirasonam, cui colloquio interfuit Gasto Bearnensis et pre-
dictus ui | cecomes Tartaxensis. Testes huius facti Rodericus de Baztán,
Ispaniolus | de Domedan, Lupus de Valterra; Fortone, cantore Tutelane
ecclesie, existente | cancellario. Istam cartam scripsit Furtunius Urro-
censis.

CHINON (1) 14 DE OCTUBRE DE 1202.

TRATADO DE PAZ Y AMISTAD VERIFICADO ENTRE EL REY DE NAVARRA DON SANCHO EL FUERTE Y EL REY DE INGLATERRA JUAN SIN TIERRA.

Londres: Public Record office. Publicado por Rymer (*Th.*) Foedera, conventiones, Litterae etc. tom. 1 página 40. 3.^a edición. La Haya (1739-1745) 10 vol. in fol.

Carta Sancie Regis Nauarre. (Berengarie fratris) de Federe cum Rege Anglie, contra omnes, excepto Miramamolín Maroccorum Rege.

Sancius, Dei gratia, Rex Nauarre, omnibus Christi fidelibus, ad quos litere iste prevenerint, salutem et sincere vinculum caritatis. Vobis omnibus, presentium significatione facimus manifestari, quod nos facimus, et firmamus pacem et ueram amicitiam cum domino Iohanne illustri rege Anglie et successoribus ejus, et super crucem et Euangelia Sancta juramus nos illam toto tempore uite nostre firmiter et fidetiter seruatueros. Juramus et firmamus quod, bona fide et sine omni fraude, dabimus eidem regi concilium et auxilium modis omnibus, pro posse nostro, tam per nos ipsosquam per homines et fideles nostros, et cum pecunia nostra contra omnes homines, (solo Rege Maroccorum excepto) nec cum aliquo inimicorum predicti Regis, sine consensu et uoluntate ipsius, pacem uel concordiam aut treugam aliquam faciemus. Ad majorem autem hujus rei memoriam et certitudinen presens inde scriptum fieri precipimus et sigillo nostro muniti. Et notandum, quod hec carta facta fuit apud Chinonem, decimo quarto die Octobris, anno regni domini regis III. Et liberata fuit in Camera B. clerico, eodem die.

AGOSTO 1204.—PAMPLONA.

ACUERDO VERIFICADO ENTRE EL REY SANCHO EL FUERTE Y LOS BURGUESES DE BAYONA.

Cartulario III, pág. 239.—P. Moret, en los Anales axaliza este documento, tomo 3, p. 365.-A. Giry, lo publicó en el tomo 2.^o des Etablissements de Rouen p. 76.—A. Brutuails, Documents des Archives de la chambre des Comptes de Navarre, p. 3.

De compositione facta inter Sancium, regem Nauarre, et burgenses de Bayona.

Hec est carta compositionis facte inter dominum Sancium, regem Naua-

(1) Chinon, ciudad francesa en el departamento de Indre et Loire cerca de Tours, 7.000 habitantes.

rre, et burgensses de Baiona. Notum sit itaque omnibus hominibus quod ego, Sancius, per Dei gratiam rex Nauarre recipio sub mea protectione et defensione homines de Baiona et omnes res ipsorum, tam mobiles quam immobiles, uolens et mandans ut ueniant, eant et redeant per totum meum regnum ab orta Baione salui et securi cum omnibus rebus suis, persoluedo michi mea pedagia in locis consuetis et pedagia consueta, et sint salui et securi in eundo et redeundo tam de me quam de omnibus hominibus regni et de aliis pro posse meo, et quod predicta securitate maneant quantum mihi placuerit, ita tamen quod, quandocumque mihi placuerit datam eis securitatem infringere, faciam hoc scire ante concilium Baione per III menses, et homines de Baiona, qui tunc fuerint in regno meo et habuerint ibi res suas, habeant securitatem unius anni circa personas suas et ad recuperandas interim res quas habuerint in regno meo; et si infra annum non possent eas recu]perare, sint etiam amplius securi donec eas recuperarent, nisi illud tantum quod propter defectum iusticie fuerit a partibus nomine pignoris retentum. Adicio etiam predictis quod, si homines de Baiona fecerint recuperare meis hominibus, faciam ego similiter recuperare res suas infra annum uel post annum et conducere personas et res earum usque ad Baionam. Et sciendum quod omnia malefacta et querimonie hinc et inde debent emendari per homines juratos ex utraque parte Infra spacium VIII dierum per inquisitione[m] veritatis vel per forum terre. Preterea, homines de baiona debent caminum et defendere ad totum posso suum et debent se catare de toto dampno regis Nauarre et regni sui per mare et per terram et quod non adiuuent inimicos regis Nauarre contra ipsum nec ualeant eis auxilio neque consilio, salua tamen in omnibus fidelitate regis Anglie. Hec omnia supradicta debent intelligi et obseruari per bonam fidem et sine enganno ex utraque parte. Dant (sic) apud Pam-pilonam, mense augusti, sub era, M^aCC^aXL^aII^a. Ad maiorem confirmationem huius facti presentem cartam hoc meo sigillo corrobore et confirmo.

SEPTIEMBRE 1210.

PRIVILEGIO CONCEDIDO POR EL REY DON SANCHO A LOS MORADORES DE SANTA CARA.

Archivo general de Navarra.—Sección de Comptos.—
Cartul. 1 p. 145. Papeles sueltos. Leg. 2 Carp. 1.

[I]n nomine Domini nostri Jhesu Christi. Amen. Hec est | carta quam ego Sancius per Dei gratiam, Rex Nauarre, facio omnibus homi | nibus de Santa Cara, de foro quod eis dono, tam illis qui ibi sunt modo, quam

illis | qui ibidem futuri sunt. Notum sit itaque tam presentibus quam futu-
ris, quod placuit | mihi et ideo libenti animo et espontanea uoluntate, do-
no eis tale forum quod dent | michi annuatim infesto Sancti Michaelis, mi-
lle et. CCC^{os} solidos, et ipsis dantibus | denarios suprascriptos, non do-
nent ullam alteram pectam, preterillampectam prenomi | natam, nisi dare
uoluerint ullam alteram causam de suo grato, tam si illi..... | sunt Inffan-
çones excusati qui modo non adiuuat illos in sua pecta et post..... |
villam et pectaverit cum illis, si pecta illorum creuerit usque ad centum |
..... et. D. solidos donno eis etiam pro foro quod | aliquos labores meos
in Sarramento de villa et in labore de cas | Santa Cara, concedo
eis etiam firmiter, quod merinus aliquis non intret | Dono eis et pro
foro quod in sua pecta inter illos qui majis hec mag] | itaque prenomina-
tum forum dono eis firmiter et concedo sicut superius scri[ptum est].....
quod habeant illud sine aliqua disrupcione tam ipsi quam omnis generatio
eorum per | [secula] cuncta, salua mea fidelitate et de omni mea posterita-
tate. Ad maiorem itaque | [confirma]tionem istius fori, presentem cartam
corroboro et confirmo. Hoc meo signo quod | [subsequi]tur mea propria
manu facto. Signum Sancii Regis Nauarre. Facta carta apud | mense
septembris sub Era. M.CC.XL.VIII. Regnante Sancio Rege in Na | ua-
rra, Johanne existente Episcopo in Pampilona, Gomez Garceiz tenente
Lo3 Arquos; Petro | Garceiz de Agonciello, Lerin; Sancio Garceiz, Sanc-
tum Martinum; Diago Aluariz, La goardia | Gil Garceiz, Açagram; Marti-
no Chipia, Miraglo; Rodrigo Dargaiz, Leguin; Petro Arceiz | Darro-
niz Taffaillam; Johanne de Bidaurre, Mendigorriam; Johanne Pedriz, Monte
Regallem; | García Espinel, Gorriti; Enneco Martinez, Santam
Caram; Petro Martiniz de Subiqa, Cassedam; Petro Yurdam, Sanctam
Mariam; Semeno de Rada, Artaxonam; Roderico de Baztan, Pedral | tam;
Pedro Christofori existente Cadcellario. Magister Dominicus hanc cartam
scripsit.

ZARAGOZA 10 DE MAYO DE 1912.

ESCRITURA POR LA QUE DON PEDRO, REY DE ARAGÓN RECONOCE DEBER AL
REY DE NAVARRA DON SANCHO EL FUERTE DIEZ MIL MAZMUTINAS DE
PLATA Y POR ELLAS LE DA EN PRENDA LA VILLA Y CASTILLO DE
TRASMOZ CON SUS HABITANTES Y PERTENENCIAS, CON LAS MISMAS
CONDICIONES QUE LE TENÍA EMPEÑADO LOS CASTILLOS Y VILLAS DE
GALLUR, PETILLA, PERA Y EZCO.

(Archivo de Navarra; Cartul. 3, páginas 182 y 238.)

De Pinna, Esco, Pitella, Gallur, quas Petrus rex Aragone inpignorauit
domino regi Sancio. |

Sit notum cunctis, quod nos Petrus, Dei gratia rex Aragone et comes Barchinone | profiteamur et recognoscimus in ueritate cum hac scriptura publica nos debere | uobis karissimo consanguineo nostro Sancio per eandem illustri regi Nauarre et uestris, | decem milia mazmutinarum argentarum, quas a uobis recepimus in alquilatis | et teneamus nos de eis bene per pacatos a uobis, renunciantes exceptioni non | numerate pecunie et non tradite rei. Pro hac ergo tota summa pecunie im | pignoramus et pro uestro pignore tradimus uestris et uobis castrum nostrum et vil | lam de Trasmoz, cum omnibus terminis et tenementis ac pertinentiis suis | cum hominibus et feminis, christianis et mauris ibi habitantibus et habitu | ris, cum aquis suis omnibus, cum montibus et planis, cum nemoribus, siluis | et carrascalibus, cum uenationibus, cum arboribus cuiuslibet generis, cum fustibus | et lignis, cum pratis, pascuis et herbaticis, cum peccatis, pedibus, cenis, precariis | et coloniis omnibus, cum piacitis et firmamentis uniuersis et cum omnibus a | liis redditibus, prouentibus fructibus et expietis inde prouenientibus et prouentu | ris et cum omnibus omnino aliis iuribus et causis que nos ibi habemus | et accipimus et habere et accipere debemus aliqua ratione. .Tali modo | quod dictum castrum et uillam cum omnibus supradictis, habeatis, teneatis | et possideatis sine omni diminutione uos et uestri per uestrum proprium pignus | pro summa pecunie supradicta sub illis conuenientibus et conditionibus atque | pactis sub quibus tenetis in pignore a uobis pro uiginti milia morabetinorum Al | fonsinorum castra et uillas de Galiur et Pitella, de Pinna et de Ezco sicut | instrumentis per alphabetum diuisis inde inter nos et uos facitis, melius et | plenius continetur et teneatis et habeatis istud pignus simul cum aliis | predictis castris ad uoluntas, iamdiu donec nos uel nostri reddiderimus et persol | uerimus uobis uel cui uos mandaueritis uerbo uel scripto predictas decem milia | mazmutinas argenti plenarie et in pace. Nos uero promittimus uobis et | uestris bona fide et sine omni enganno attendere et complere de hoc pig | nore illas conueniencias et conditiones quas promissionis attendere de pignore quatuor castrorum et uos similiter et uestri bona fide et sine omni | enganno attendatis et compleatis nobis et nostris de pignore isto de Tresmoz | illas conueniencias et conditiones quas attendere promisistis de quatuor castris | et uillis predictis. Fructus autem et exitus et expleta qui et que de predicto pig | nore peruenerint et exierint non computentur in sortem uel pagam debi supra | dicti sed eos omnes et ea habeatis pro custodia et retentione prescripti castri et vil | le de Tresmoz integre et in pace. Hoc autem expressum esse uolumus quod quando | cumque nos uel nostri persoluerimus uobis uel cui nos mandaueritis predictas decem mi | lia mazmutinas argenti, uos uel uestri sine omni contradictione et occasione | reddatis nobis uel nostris predictum castrum et uillam de Tresmoz, licet tunc non | redemerimus alia castra predicta. Datum


Cesarauguste. IIII Idus Marcii per ma | num Berengarii de Olzina notarii nostri et mandato eius scripta a Bonanato. Era | M.CC. Quinquagesima. Signum † Petri Dei gratia regis Aragone | et Comitit Barchinone. Testes huius rei sunt Michael de Lu | sia; maiordomus Aragone Arnaldus palatini; Martinus Enneguez | Poncius de Eril; Artallus de Artussella; Marchus de Licçana; Martinus Lupi | de Nouar. Ego Berengarius de Olcina, notarius domini regis hoc scribi feci man | dato ipsius die loco et anno prefixis.

ERA 1252—AÑO 1214.

PROVISTÓN DEL REY DON SANCHO PARA QUE LOS DE LA NAVARRERÍA NO HICIESEN FUERTE ALGUNO CONTRA LOS DEL BURGO.

(Archivo Municipal de Pamplona, cajón E.)

In nomine Domini nostri Ihesu Christi. Notum sit omnibus hominibus tam presentibus quam futuris, quod Ego Sancius per Dei gratiam Rex Nauarre, uolo et mando quod homines de Nauarraria Pampilonensi, nec homines de populacione sancti Nicholay, a modo non faciant ullam clausuram preter illam que hodie facta est, scilicet murum uel Turrim, siue barbacanam uel ullam aliam fortaleçam contra burgum uel contra homines de burgo Sancti Saturnini. Et si forte predicti homines de Nauarraria uel de burgo Sancti Nicholay uellent aliquo tempore facere ullam clausuram uel fortaleçam quecumque esset contra burgum Sancti Saturnini, uel contra homines eiusdem burgi, concedo hominibus de predicto burgo Sancti Saturnini quod resistant eis, et placebit mihi ut non permittant iam dictos homines de Nauarraria uel de populacione facere ullum tale opus quomodo superius scriptum est, contra suum burgum. Actum est hoc in presentia Petri Christofori existentis Cañcellarii domini Regis et Helie Daudidis Bonamic G. Assallit M. de Iacha, Arnaldi Raimundi. Ad maiorem itaque confirmacionem huius rei presentem cartam corroboro et confirmo hoc meo sigillo in ea apposito. Facta carta apud Pampilonam mense Augusti in vigilia Sancti Bartholomei Sub Era M. CC. LII. Regnante me Sancio Dei gratia Rege in Nauarra. Sparago existente Episcopo in Pampilona. Gomiz Garceiz de Agunçillo Alferiz, tenente los Archos; Petro Garceiz de Agunçillo, Lerin; S. Garceiz, Mirandam; Didago Aluareç, Laguardiam; Petro Garceiz de harroniz, Tafallam; Guillermo de Mendoca, Iruretam; Johanne de bidaurre, Mendigurriam; Johanne Pedriz, Sanctum Vincent; P. Martineç de Subiça, Burgui; G. de Oriz, Caparrosus; Lupo de



Cliché de D. Julio Altadill.

Fototipia de Hauser y Menet.—Madrid

Provisión del Rey D. Sancho VIII, para que los vecinos de la Navarrería no levanten fortalezas contra los del Burgo (AÑO 1214)

Oriz Monte regalem; P. Martineç de Lehet Otçorrotç. Petro Christofori existente Cancellario. Guillelmus notarius eius presentem cartam scripsit.
(Sello de 0'90 mil. con el águila.)

ERA 1260—AÑO 1222

TESTIMONIO DADO POR EL ALCALDE Y CONCEJO DE SANGÜESA, DE LA
CONCORDIA ENTRE EL REY DON SANCHO Y EL OBISPO DON RAMIRO,
SOBRE LAS DIFERENCIAS EN LOS BARRIOS DE PAMPLONA.

(Archivo Municipal de Pamplona, cajón H.)

Sapien totz aquels qui esta present carta veyran et oyran que nos don Ferrant de Larat et don Arnalt alcalde de Sangossa atorgan et venien de manifest que | fumes el castel de Tudela et vimes et hodimes, que lo Rey don Sanho qui jaç en Ronçauals et lo vispe don Remiro de Pampalona firen composition et | concordia entre les bons omes, de tod lo cosseyl del borc de Sant Cernin de Pampalona et entre les bons omes et totz les cosseylls de la Nauarreria et de la | Poblacion et del borc de Sant Miquel, et nos don Sancho, don Simon et don Domingo Johan, don Bonome vezinos de Sangossa, fumes altra vegada el castel | de Tudela deuant lo Rey don Sancho sobre dit que vimes et hodimes testimoniar el retrayre als bons omes de la Nauarreria et de la poblacion et del borc de Sant Miguel de Pampalona com lo Rey et lo vispe sobre ditz, auiam feit composition et paç et concordia entre els et les bons omes | et tod lo cosseyl del borc de Sant Cernin de Pampalona, la cal composition totz nos. IIII. bons omes sobre ditz dizem a Deu et sobre nostres animes que asi firen | com en esta carta pod hom leyre et entendre: In Dei nomine. Notum sit cunctis, presentibus et futuris presentem paginam inspecturis quod Nos Sancius | Dei gratia, Rex Nauarre, et Remirus eadem gratia Pampilonensis episcopus, uolentes reformare pacem et concordiam inter burgenses Sancti Saturnini de Pampilona ex | una parte et homines de populatione et Nauarraria et burgo Sancti Miquaelis ex altera, cum esset in nos a partibus compromissum, datis fideiussoribus ex parte burgensium, | domino Bon amic, domino Johanne Renalt. Ex parte Nauarrarie, Martin Balest, Sanç de Anoç. Ex parte populationis, Ocho de Vndiano, Lop de Esparça. | Ex parte burgi Sancti Miquaelis, Roderico Hospitalario. Ex consensu parcium habito prudentium uirorum consilio pacem reformauimus in hunc modum. | Ad mandatum itaque nostrum et pre-

ces pro bono pacis et concordie reformare omnes homines de populatione, et Nauarriaria et burgo Sancti Miqaelis burgensibus | nominatis, perpetuo remiserunt omnem iram, odium et rancorem que conceperant ex guerra inter ipsos exorta et populationis combustione omnemque querimoniam et emendam | ratione predictae guerre et combustionis memorate. Similiter et burgenses remiserunt hoininibus de populatione omnem iram, odium et rancorem omnemque querimoniam et emendam de rebus suis que combuste fuerunt in combustione ipsius populationis, et de fossato veteri quod petebant. Et omnes homines supradictarum villarum | a septennio et ultra iurauerunt quod omnimodam pacem perpetuo sibi ad inuicem obseruarent, bona fide sine fraude et malo ingenio et a successoribus | suis, et omnibus qui uellent in supradictis uillis commorari, facerent similiter fideliter obseruari. Et si quis forte supradictarum parcium predicto modo pacem | obseruare uoluerit, omnes se iuuent pariter, bona fide, sine fraude et malo ingenio, ad ipsum de uicinia expellendum et penitus desolandum. | Mandamus etiam ut homines de populatione reedificent domos suas, et eas possideant perpetuo pacifice et quiete. Ita tamen ut uersus burgum Sancti Saturnini | idem homines non erigant a terra parietes de petra et cemento, uel terra, ultra tres cubitos a nobis constitutos, nec ultra unum dictorum | cubitorum in latitudine. Et supra parietem illorum trium cubitorum in altitudine et unius in latitudine, erigant parietes de lignis et non de alia materia | in altitudine unius aste militaris. Et quod in illis parietibus lapideis, uel terris, siue ligneis non faciant balistarias aliquas, uel fenestras, uel cloacas, | uel aqueductum, uel lauatorium uel foramen aliquod, nec permittant cadere stillicidia domorum suarum in fossata burgensium, set si uelint ut ibi cadant, retrahant | a fossato burgensium domos suas uersus interiorem partem, per unum cubitum et in terra illa uacua de retractione domorum cadat tantum aqua pluuialis, et | inde in fossatum, aliter uero non. Volumus etiam et mandamus, ut in tota populatione non fiat aliqua munitio siue fortalicia, contra murum burgi Sancti | Saturnini de Pampilona et si que sunt facte diruantur. Exteriores uero muros, et tures, muniant et erigant quantum uidebitur oportunum. Huius Rei | testes sunt, Lupus prior, Martinus Petri Archidiachonus, Arnaldus Bosonis Archidiachonus Pampilonenses. Johannes Petri de Baçtan, Ferrandus de Larat, | Guarsias Semenîç de Varriç, Petrus Semenîç de Olleta, barones, Petrus Christofori domini Regis Cancellarius; Guillelmus de Stella, qui hanc cartam | scripsit. Facta carta Tutele. V. kalendas augusti, sub Era M. CC. LX. | Et nos les deuant ditz don Ferrant de Larat et don Arnalt alcalde de Sangossa et don Domingo Johan, don bon ome et don Sancho, don | Symon de Sangossa por mayor fermetat et por mayor credença daquest testimoniage que nos auem fait, auem mis nostres sayels pendentz | en esta present carta, et nos les dotze Juratz de Sangossa, don



Ciudad de St. Javier Abad.

Principio de Huesca y Monest. - Madrid

Testimonio de concordia entre el Rey D. Sancho y el Obispo D. Ramiro, sobre diferencias de los barrios de Pamplona (AÑO 1222)

Gil, don Guillem monge, don Guillem, don Sanç, don Pere Guillem de Estela, don Miguel | escriuan, don Espaynol Çabant, don Johan fill don Ferran, tender, don Nauarr Desqriua, don Per Arnalt Marzel, don Pero Casseda, don Domingo de Luna | don Gil, don Oria Sanç et don Xemen Calderer, Otorguan et venen de manifest que fumez presentz el logar quant les deuant ditz don Ferrant de Larat | et don Arnalt alcaide de Sangossa et don Domingo Johan, don bonome et don Sancho, don Simon de Sangossa firen aquest sobre script testimoniage | assi com en esta carta pot hom leyre et entendre. Et en testimoniança de ço que nos odimes dels, auem mis lo sayel de nostra vila pendent | en esta present carta.

(Cinco sellos cêreos pendientes, entre ellos el de Ferrandi de Lerat; Arnaldo, Alcalde de Sangüesa; y de la Ciudad.)

ABRIL DE 1223.

CARTA DE DON REMIRO, OBISPO DE PAMPLONA, POR LA QUE HACE DONACIÓN AL REY DON SANCHO DEL CASTILLO DE SAN ESTEBAN DE MONJARDÍN Y DEL CASTILLO Y VILLA DE HUARTE.

(Archivo general de Navarra. —Cartul. 3, p. 158.)

De castro Sancti Sfephani de Mont jardín et de castro de Huart cum uilla | In Dei nomine. Conoscuda cosa sia a los que son et a los que son a uenir, que io | don Remiro por la gracia de Dios, vispo de Pamplona meto en uestra merce | el castieillo de Sant Estewan de Mont iardin, con todo lo que a, ni ouo, ni deue | auer. E meto otro si en uestra merce el castieillo Duart, e con la uila Duart, | e con todos los dreitos que nos auemos en el castieillo Duart, et en la uila Du | art, por muitos bienes e por muitas merces que fiçiestes et que tenemos que | faredes al Iglesia de Pamplona. Et esto fago io con plaçemento et con otor | gamiento de mi et del conuent de Pamplona, a uos don Sancho por la gracia | de Dios, rei de Nauarra. Et io don Remiro vispo de Pamplona, por que | aia maior confirmamiento, siello la con mi siello pendent. Et io don Lop | de la gardia, prior del conuent de Pamplona atorgo et confirmo esta carta | e por que aia maior confirmamiento siello la con el siello pendent del con | uent de Pamplona, et por otorgamiento e por mandamiento del conuent de Pam | plona por fer dest donatiuo uestras proprias uoluntades assi como de lo uues | tro. Facta carta, sub Era M.CC.LX.I. mense Aprilis.

1228.—JULIO.

CARTA DE HOMENAJE OTORGADA POR P. ARNALDO DE LUXA A FAVOR DEL REY DON SANCHO.

(Archivo general de Navarra. — Cartulari^o p. 24.)

De conditione facta a rege Sancio cum P. Arnalt de Luxa super Ostauals.

In Dei nomine. Notum sit cunctis hominibus tam presentibus quam futuris, quod ego don P. Arnalt de Luxa feci aueniença con uos don Sancho, por la gracia de Dios rei de Nauarra, quando me tornastes esta uilla & Ostauals, atal auiniença fiz con uos que io non faga fortaleza ninguna en Ostauals, si non foz con uestra amor et quanto uos me mendaredes; et demas, que aiades en Ostauals todo aquel sennorio que nunque i ouiestes, ni auedes ni deuedes auer. Demas, io deuiengo uestro uassaillo, e que nos aiude contra todos los omes del segle. Et de todo esto uos juro sobre libro et cruz, et fiz uos en pleit et omenage que nos atienda todas estas sobreditas cosas, assi como estas cartas dizen. Et si por auentura esto fallia, nos don Sancho, rei de Nauarra, que uos tornedes a quanto io aia, et io ni nul omme del segle non aia clamor de uos et io que finque por malo. Sunt testes huius rei don Lop Arretz de Arci, et don Arnalt Sanz d' Assa, et don Guillem Baldouin, et don Guillem de Perronaz, justicia de Tudela, et don Arnalt alcalde de Sanguessa, et don Calbet, su ermano, et P. Gassias, et Arnalt Sanz d' Arnedariz, et Guillem de Faet, et Costanç, et Arnalt d' Ostaua. Actum est hoc in era M^aCC^aLX^aVI^a, mense juiiii; et ego, Dominicus, qui hanc cartam scripsit.

TUDELA 26 DE FEBRERO DE 1231.

DONACIÓN HECHA POR EL REY DON JAIME DE ARAGÓN Á SU PRIMO DON SANCHO EL FUERTE DE LAS DOS PEÑAS LLAMADAS LA FAXINA Y PEÑA REDONDA.

(Archivo de Navarra.—Cartul. 3, pág. 237.)

De donatione penarum facta a iacobo rege Aragone Sancio regi Nauarre. | In Dei nomine. Manifiesta cosa sia a todos los qui agora son et daqui adelant | serán, que nos don Jacme por la gracia de Dios rei Da-

ragon et del regno de | Maiorgas, comte de Barcelona et Durgel et sen-
 nor de Montpeller. Con bon | coraçon e con bona uoluntat, con aquesta
 present carta en todos tiempos ua | ledera donamos et otorgamos a uos
 cosino ondrado et muit amado nuestro | Don Sancho por aquella meisma
 gracia noble rei de Nauarra aqueillas duas | pennas; la una dellas es ape-
 llada La Faxina, et el otra penna redonda; las quales | deuant ditas duas
 pennas nos a uos donamos de nostra agradable uolon | tat e atorgamos
 por bastir e por poblar elas, con entradas e con exidas e con | aguas e
 con montes e con todos los terminos que agora an e auer deuen a todas |
 partes e con todas aquellas cosas que pertainscen ad aquellas penas, en
 axi | que de las fagades todas uestras uoluntades en todos tiempos. Em-
 pero en atal con | uenio que de aquellas deuant ditas pennas ni de los es-
 tablidores ni de los pob | ladores delas, algun mal ni danno non isca nin
 uienga en algun tiempo al | nostro regno. Data apud Tutelam. IIII.or ka-
 lendas Marcii. Era M.CC. | LX.VIII. Signum Jacobi Dei gratia regis
 Aragone et reg | ni Maioricarum, comitis Barchinone et domini Montis-
 pessulani. Huius rei | sunt testes, dompnus Ferrandus infans Aragone;
 Atto de Focibus maiordomus | Aragone; Petrus Sancii Notarius et Arago-
 ne repositarius. Signum † | Petri de Sancto Melione scriptoris qui hoc
 mandato domini regis scripsi pro | Petro Sancii Notario suo, loco, die et
 era prefixis.

ALAGÓN, 13 DE NOVIEMBRE DE 1231.

DONACIÓN HECHA POR DON JAIME, REY DE ARAGON, AL REY DON SANCHO
 DE NAVARRA DURANTE SU VIDA, DE LOS CASTILLOS DE FERRELLÓN,
 DE FERRERA Y ZALATAMOR.

(Archivo de Navarra. Cart. 3, p. 254.)

De donatione castrorum facta a Jacobo rege Aragonie Sancio regi Na-
 uarre. | Manifestum sit omnibus quod nos Jacobus Dei gratia rex Aragonie
 et regni Maiori | carum, Comes Barchinone et Urgeli et dominus Montis
 Pessulani, cum presenti carta damus | et concedimus et laudamus uobis
 karissimo consanguineo nostro dompno Sancio per eadem | regi nauarre
 illustri, diebus omnibus tantummodo scilicet uite uestre, castrum de Ferre-
 llon et de Fer | rera et castrum de Calatamor, ut dicta castra cum terminis
 suis et cum omnibus que | pertinent ad eadem habeatis, teneatis, possidea-
 tis et explectetis in uita uestra | solummodo ut est dictum. Datum apud
 Alagonem, Idus Nouembris, Era M.CC.LX.VIII. | Signum † Jacobi Dei

gratia regis Aragonie et regni Maioricarum, co | mitis Barchinone et Urge-
li et domini Montes Pessulani. Huius rei testes sunt | dompnus Ferrandus
Infans Aragonie, Ato de Focibus maiordomus Aragonie, Blascus Maca, |
Sancius de Orta, Garcia de Orta, Pelegrinus de Castellaçol, Pelegrinus
de Bolas, Pero Périz iusticia Aragonie, Signum † Guillelmi scribi qui man-
dato domini | regis pro Petro Sancii notario suo hanc cartam scripsit, lo-
co, die et era | prefixis.

AÑO 1232.

PRIVILEGIO CONCEDIDO POR EL REY DON SANCHO DE NAVARRA Á SUS CO-
LLAZOS DEL VALLE DE OLLO.

(Archivo general de Navarra.—Papeles sueltos.— Le-
gajo 164, carpeta 1.— Cartulario 1, página 11.)

Sepan quantos esta present carta veran et oyran, que yo Johan Mar-
quiz, notario publico et jurado del Conceyllo de Olit, en presencia de los
testigos de juso escriptos, vi, toui et ley una car | ta escripta en pergami-
no, dada á los de Valdoyllo por el muyt alto et excelent princep don San-
cho por la gracia de Dios, rey de Nauarra qui fue, signada con seynnal de
águila en tinta morena, | la forma de la qual es atal: In Dei nomine. Sepan
todos los qui verán esta carta, que yo don Sancho por la gracia de Dios,
Rey de Nauarra, con bona voluntat enfranquero á todos los mios | coilla-
ços qui agora son ni adeuant serán de Valdoillo, de todas las peytas del
mundo el de non hyr á fazer castieyllo, ni merino, ni otro baille non aya
entrada, ni issida en toda Valdoillo, ni | faga otra força. Et asi es por esto
entre mi et illos coillaços de Valdoyllo, que dén á mi et á mis sucesores
cadaynno á la sant Miguel III milia sueldos de qualque moneda corriere
en Na | uarra. Et que lauren la mi heredat que yo he entre eyllos en Val-
doyllo tambien como la lur; pero qualque ricohome sea que tenga por
honor Valdoillo, que aya entrada et issida, pero que | non faga tuerto ni
otro demás en estos mios coillaços. Et mando et confirmo assi que yo ni
otri mi suscesor, non lis demande ningunas otras cosas illos dando estos
III milia | sueldos cadainno et labrando la mia heredat, como sobrescrip-
to es. Et es fiador Domingo Durrçuru por los coillaços, de labrar la mia
heredat de Valdoillo. A maior confirmamiento de | esto, yo el deuandicto
don Sancho Rey de Nauarra otorgo esta carta á todos los mios coillaços
que son agora nin daqui adeuant serán en Valdoillo, mandando que sea
ferma per | secula seculorum. Amen. Et ninguno que quisiese fazer con-
tra esta carta, sea maledicto de Dios et de Santa María et de toda la cort

celestial, et sea confondido como Datan et Abiron, | Sodoma et Gomotra et non haya part en mio Regno de Nauarra, mais entrada dentro en infierno. Yo el sobredicto Rey don Sancho confirmo esta carta, metiendo en eylla mio | signo. Facta carta in Era M.CC.LXX. P. Remigii existente, episcopo Pampilone; Garcia Almorauit dominante Viana; Petri de Baztan, Lagardia; G | Daiuar, Mendauia; Johan Periz de Lodosa, Sant Adrian; Gil de Bidaurre, Miranda; S. Ferandi, Pedralta; Johan Martini de Mayneru, Açagra; P. Exemeneiz Doilleta, Miraglo; G. Semeneiz | Doarriz, Casseda; Michael de Gueretz, Ongotz.

La qual sobredicta carta en presencia de los testigos de juso scriptos leyda, Pero Miguel et Garcia Miguel de Guylor de Valdoyllo | requirieron a mi Johan Martiniz, notario sobredicto que deylla lis fizies una carta de Vidimus en pública forma. Testigos son presentes qui esto oyeron et vieron et qui por | testigos se otorgaron: Pero Ffurtado de Guendulan, et Sancho López del Cano Escuderos. Et yo Johan Martiniz, Notario sobredicto qui la sobredicta carta vi, toui et ley á requisi | cion et mandamiento de los dictos Petro Miguel et Garcia Miguel de Guilor et con otorgamiento de los dictos testigos, esta carta de Vidimus de la otra carta principal, sen mas et sen menos, en | pública forma traslate et escriui, jueues, sexto dia del mes de Ffebrero Sub Era millesima CCC septuagesima quinta. Et fiz este mio signo ✠ acostumbrado en | eylla en testimonio de verdat.

Por la copia,

C. M.

